

# Documentos oficiales de la Orden de San Agustín en España

## CAPITULUM PROVINCIALE

PROVINCIAE SSMI. NOMINIS JESU IN HISPANIA  
ORD. EREM. SANCTI AUGUSTINI  
IN COLLECIO MATRITENSI B. M. V.  
A BONO CONSILIO  
CELEBRATUM  
ANNO DOMINI 1957

In Nomine D. N. Jesu Christi benedicti. Amen.

Anno Nativitatis ejusdem millesimo nongentesimo  
quinquagesimo septimo die decima octava et sequentibus  
mensis julii celebrata sunt comitia provincialia Fratrum  
Eremitarum S. P. Augustini hujus Provinciae Ssmi. Nomini-  
nis Jesu in Hispania in Collegio Matritensi Beatae Mariae  
Virginis a Bono Consilio, prout ab Ad. R. P. Priore Pro-  
vinciali, Fr. Ildephonso Ramos Bartolomé, litteris datis die  
secunda mensis maji, ejusdem anni, indicta fuerant.

Itaque cum die decima octava ad praedictum Colle-  
gium convenerint Patres Vocales, eadem die post Missam,  
signo campanulae ter dato, ad locum Capituli se congre-  
gaverunt. Tunc Pater Provincialis, praemissis praemitten-  
dis, mandavit ut si quis a Rvdmo. P. Generali litteras ha-  
beret ad istud Capitulum directas, easdem statim proferret,  
Mox Adm. R. P. Lr. Raphael Pérez, Assistens Generalis.

## 112 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

litteras Rvdmi. P. Commissarii Generalis praesentavit, per quas dicti Capituli Praesidens constituebatur idem Adm. R. P. Assistens Generalis, qui, nullo renuente, ab omnibus reverenter pro Praesidente fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Judices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt R. P. Domitianus Bardón Cebrián, R. P. Salustianus Miguélez Romero et R. P. Paulinus Marcos García.

Die sequenti, celebratis officio et Missa Defunctorum, R. P. Joannès Baptista Soto Alvarez recitavit elogium Fratrum ab ultimo Capitulo defunctorum. Quo finito, Adm. R. P. Praeses illorum animas ac omnium nostrorum benefactorum Deo commendavit precibus ritualibus.

Sequenti Sabbato, Missa de Spiritu Sancto celebrata, aliisque expletis in nostri Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consendentibus Adm. R. P. Provincialis Officium suum in manus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Domitanum Bardón Cebrián, Judicem Causarum et Examinatorem Litterarum, recitata fuerunt nomina eorum qui vocem activam habere debebant hoc ordine:

Adm. R. P. Lr. Raphael Pérez, Assistens Generalis, Praeses Capituli.

Adm. R. P. Lr. Ildephonsus Ramos Bartalomé, Prior Provincialis emeritus.

### RR. PP. Definitores, nempe:

R. P. Vitus Fernández Pérez, Primus Definitor.

R. P. Lr. Aemilianus del Cueto Pérez, Secundus Definitor.

R. P. Lr. Coelestinus García Riego, Tertius Definitor.

R. P. Lr. Samuel Díez García, Quartus Definitor.

### RR. PP. Commissarii Provinciales, nempe:

R. P. Domitianus Bardón Cebrián, Commissarius Viceprovinciae Brasiliensis.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 113

R. P. Lr. Augustinus García Fernández, Commisarius Viceprovinciae Argentinensis.

**RR. PP. Priores Conventuum, videlicet:**

R. P. Lr. Salustianus Miguélez Romero, Prior Domus de La Vid.

R. P. Lr. Carolus Beltrán Ayuso, Prior Domus de São Paulo.

R. P. Lr. et Exprovincialis Bruno Ibeas Gutiérrez, Prior Domus de Buenos Aires.

R. P. Theodorus Estalayo Pérez, Prior Domus matricis de Brotas.

R. P. Lr. Josephus López Martín, Prior Domus de Santander.

R. P. Lr. et Exprovincialis Félix García Vielba, Prior Domus de San Manuel y San Benito de Madrid.

R. P. Joannes B. Soto Alvarez, Prior Domus de Ceuta.

R. P. Hilarion García García, Prior Domus de Cádiz.

R. P. Isidorus Martín Vara, Prior Domus a Bono Consilio de Madrid.

R. P. Ludovicus Galende Andrés, Prior Domus de Rosario.

R. P. Emmanuel García Salagre, Prior Domus matricis de Nova Granada.

R. P. Laurentius Macho Liébana, Prior Domus de Schmidt.

R. P. Paulinus Marcos Garcín, Prior Domus de Palencia.

R. P. Lr. Andreas Castrillo Bravo, Prior Domus Residentiae Fr. Luis de León de Madrid.

R. P. Angelus Villarroel Merino, Secretarius Provinciae.

**RR. PP. Discreti Conventuales, scilicet:**

R. P. Lr. Josephus Ruiz Vallejo. Discretus Domus de La Vid.

R. P. Heraclius Campos Pinto, Discretus de São Paulo.

114 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

R. P. Hermenegildus Vara Blanco, Discretus Domus de Buenos Aires.

R. P. Josephus Galende Sandín. Discretus Domus de Santander.

R. P. Beniamin Mallo Beltrán, Discretus Domus de San Manuel y San Benito de Madrid.

R. P. Avelinus Pérez Millán, Discretus Domus de Ceuta.

R. P. Eliseus García González, Discretus Domus a Bono Consilio de Madrid.

R. P. Vitalis Alonso Martínez, Discretus Domus de Schmidt.

R. P. Florentinus Díaz Mallo, Discretus Domus de Palencia.

**RR. PP. Discreti non conventuales, nempe:**

R. P. Magister Nemesius González Bardón, Discretus Circumscriptionis Domorum de Puerto de Santa María et Talavera de la Reina.

R. P. Attilanus Alvarez Alvarez, Discretus Circumscriptionis Domorum de Brotas et Nova Granada.

R. P. Ambrosius Alonso Rodríguez, Discretus Circumscriptionis Domorum de Chivilcoy, Mendoza et Montevideo.

R. P. Lr. Caesar Vaca Cangas, Discretus Circumscriptionis Domorum de Cádiz et Residencia Fr. Luis de León de Madrid.

Adm. R. P. Lr. et Exprovincialis Theodosius Tijero Vázquez; Prior Domus de Puerto de Santa María, documentum misit quo constat propter defectum salutis Capitulo assistere non posse.

Vocales ergo erant triginta et sex, sed quia Adm. R. P. Praeses juri suffragandi in electionibus Adm. R. P. Provincialis et aliorum Officiorum renuntiavit, partem habentes in electionibus fuerunt tantum triginta et quinque. Post orationem de eligendo Provinciali a R. P. Isidoro Martín Vara dictam, dimissis vocem non habentibus et ab omnibus electoribus jurejurando emisso de eligendis in

Provincialem et Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per suffragia secreta, id est, R. P. Lr. et Exprovincialis Bruno Ibeas Gutiérrez, R. P. Beniamin Mallo Beltrán et R. P. Lr. Caesar Vaca Cangas, et juramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis Electionem processum est.

Facto ac publicato unico scrutinio, compertum est Adm. R. P. Lr. Felicem García Vielba habuisse suffragia viginti et unum, R. P. Isidorum Martín Vara undecim, R. P. Ildephonsum Ramos Bartolomé unum et duae schædae albae repartae sunt, ac proinde maioritatem suffragiorum absolutam retulisse Adm. R. P. Lectorem Felicem García Vielba. Postea primus Scrutatorum nomine Praesidis, suo et omnium electorum denuntiavit et publicavit dictum Adm. R. P. Lectorem Felicem García Vielba fuisse canonice electum in Priorem Provincialem Provinciae Ssmi. Nominis Jesu in Hispania, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, atque, emissis ab electo professione fidei et juramento contra Modernismum, in Officio a Patre Praesidente confirmatus fuit. Deinde ductus fuit in Oratorium ibique praemissis ritibus prescriptis omnes religiosi in signum obedientiae eidem manum deosculaverunt.

De hac electione separatum publicum instrumentum redactum est ab actuario Capituli, Praeside et Scrutatoribus subsignatum in archivio Provinciae asservandum.

Eodem die post Matutinum ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo convenerunt ut Definitores eligerent et, servatis servandis, electus fuit in primum Definitorem R. P. Vitus Fernández Pérez suffragiis quindecim, in secundum Definitorem R. P. Cassianus García Rodríguez suffragiis triginta, in tertium Definitorem R. P. Lr. Caesar Vaca Cangas suffragiis viginti et sex, in Quartum Definitorem R. P. Augustinus Fernández Romero suffragiis duo de viginti; Definitorum vero in defectu primus est R. P. Domitianus Bardón

## 116 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

Cebrián qui decem et octo suffragia habuit et secundus R. P. Josephus Arcos Dulanto, qui eadem obtinuit suffragia.

In Secretarium Provinciae electus fuit R. P. Lr. Salustianus Miguélez Romero.

Praeterea, diebus sequentibus, ad praescriptum nostrarum Sacrarum Constitutionum, et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti Adm. RR. PP. Raphael Pérez González, Praesidens, Fr. Felix García Vielba, Provincialis electus, Fr. Ildephonsus Ramos Bartolomé, Provincialis absolutus, et Definitores Fr. Vitus Fernández Pérez, Fr. Cassianus García Rodríguez, Fr. Caesar Vaca Cangas et Fr. Augustinus Fernández Romero, qui, auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur statuerunt ac publice notificare mandarunt.

### PRIMO: DETERMINATIONES

I.—Praescriptiones Constitutionis Apostolicae «Sedes Sapientiae» eique adnexorum Statutorum Generalium die 31 maii 1956, circa quintum annum theologicum seu curriculum pastorale, in proximo cursu scholastico in praxim ducentur pro alumnis huius Provinciae qui Universitates seu Facultates Ecclesiasticas non frequentabunt,

II.—Voluntati Sanctae Sedis saepe saepius iteratae circa necessitatem cleri nativi, tam saecularis quam religiosi, instituendi, humiliter obsequentes, ardenter desideramus ut in Vice-Provincia Argentinensi Domus Educandatus aperiatur, et Adm. R. P. Commissario Provinciali cum suo Consilio iniungimus ut quamprimum fieri possit ad eiusdem constitutionem procedat.

III.—Petitiones Capituli Conventuali de São Paulo attente fuerunt examinatae et perpense easque ad P. Provincialem cum suis Definitoribus pro opportuna responsione transmittimus, commendantes ut, quoad fieri possit, postulationes benigne suscipiat quae juri superiori non sint contrariae.

IV.—Examinatae et approbatae fuerunt rationes ac-

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 117

cepti et expensi Provinciae, Viceprovinciae Brasiliensis et singularum Domorum; rationes accepti et expensi Viceprovinciae Argentinensis quae ad Capitulum non perverterunt, ad Priorem Provincialem cum Definitoribus pro earum examine et approbatione mittantur.

V.—Acta Visitationis a Provinciali et a Commissario Provinciali Brasiliensi peractae recognita fuerunt et approbata.

VI.—Definitiones Capitulorum praecedentium fuerunt lectae et modo generali confirmatae; et in specie confirmatae fuerunt sequentes Definitiones Capituli Provincialis anno 1954 celebrati:

a) Vota Rvdmi. P. Prioris Generalis grato animo excipientes in Republica Lusitana Ordinem nostrum quam citius Deo opitulante, instaurare pro viribus conabimur.

b) In executionem praescripti n.º 844 N. S. Constitutionum pro provisione Prioris Generalis eiusque Venerabilis Curiae, singuli sacerdotes, unoquoque mense, unam Missam ad intentionem eiusdem Rvdm. Patris celerabunt.

c) Propositum in hoc ultimo triennio conceptum, aperiendi Matriti, in via Limite dicta, aliud Collegium educationi puerorum ac juvenum destinatum, et probamus et laudamus, atque Adm. R. P. Provinciali cum Definitorio committimus ut necessaria pro eiusdem aedificatione et erectione consequi satagat.

SECUNDO: DISPOSITIONES FAMILIARUM

Provisio Domus Sanctae Mariae de La Vid

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Lr. Sanctes Santamarta del Río.

In Subpriorem R. P. Lr. Josephus Ruiz Vallejo.

In Consiliarios RR. PP. Lrs. Fr. Herminius Rodríguez González et Fr. Leonardus González González.

In Procuratorem R. P. Eduardus Moreno Rica.

In Parochum et Sacristam R. P. Lr. Herminius Rodríguez González.

In Depositarium R. P. Aemilianus López Bravo.

118 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

**Provisio Domus Sancti Angustini de Santander**

Electi fuerunt:

- In Priorem R. P. Franciscus Xaverius Gorrochátegui Múgica.  
In Subpriorem R. P. Ambrosius de Cruz Bratos.  
In Consiliarios RR. PP. Lrs. Fr. Eliseus Bardón Bar-  
dón et Josephus López Martín.  
In Sacristam R. P. Antoninus Pérez Martínez.  
In Procuratorem R. P. Ignatius Pérez González.  
In Depositarium R. P. Josephus Galende Sandín.

**Provisio Domus de San Manuel y San Benito de Madrid**

Electi fuerunt:

- In Priorem R. P. Angelus Villarroel Merino.  
In Subpriorem R. P. Lr. Aemilianus del Cueto Pérez.  
In Consiliarios R. P. Lr. et Exprovincialis Ildephonsus Ramos Bartolomé et R. P. Lr. Gabriel Pérez Suárez.  
In Sacristam R. P. Leovigildus Tabernero Mateos.  
In Procuratorem R. P. Beniamin Mallo Beltrán.  
In Depositarium R. P. Leovigildus Tabernero Mateos.

**Provisio Domus Sancti Augustini de Ceuta**

Electi fuerunt:

- In Priorem R. P. Eliseus García González.  
In Subpriorem R. P. Avelinus Pérez Millán.  
In Consiliarius RR. PP. Fr. Fidelis Otero Díaz et Fr.  
Antonio Montes Cueto.  
In Sacristam R. P. Fidelis Otero Díaz.  
In Procuratorem R. P. Joannes Baptista Soto Alvarez.  
In Depositarium R. P. Desiderius Pascual Leal.

**Provisio Domus Sancti Augustini de Cádiz**

Electi fuerunt:

- In Priorem R. P. Salvator Gutiérrez Alonso.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 119

In Subpriorem R. P. Clemens Fernández Suárez.  
In Consiliarios RR. PP. Fr. Clemens Fernández Suárez et Fr. Joannes Alvarez Gonzalez.  
In Procuratorem R. P. Joannes Alvarez González.  
In Depositarium R. P. Clemens Fernández Suárez.

**Provisio Domus Boni Consilii de Madrid**

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Lr. Samuel Díez García.  
In Subpriorem R. P. Antoninus Simón Rejas.  
In Consiliarios R. P. Lr. Coelestinus García Riego,  
R. P. Joannes Ibáñez Renedo et R. P. Sanctes Merino  
Salceda.  
In Sacristam R. P. Joannes Ibáñez Renedo.  
In Procuratorem R. P. Ambrosius J. Cilleruelo Callejo.  
In Depositarium R. P. Lr. Josephus Arcos Dulanto.

**Provisio Domus de Puerto de Santa María**

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Lr. Desiderius García García.  
In Subpriorem R. P. Mag. Nemesius González Bardón.  
In Consiliarios R. P. Lr. et Exprovincialis Theodosius  
Tijero Vázquez et R. P. Mag. Nemesius González Bardón.  
In Procuratorem R. P. Lr. et Exprovincialis Theodo-  
sius Tijero Vázquez.  
In Depositarium R. P. Mag. Nemesius González Bar-  
dón.

**Provisio Domus Sancti Augustini de Palencia**

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Domitianus Bardón Cebrián.  
In Subpriorem R. P. Josephus L. Marbán Santamaría.  
In Consiliarios RR. PP. Fr. Theodulus Asensio Roales  
et Fr. Michael García Suazo.  
In Sacristam R. P. Paulinus Marco García.  
In Procuratorem R. P. Angelus Revenga Sacristán.  
In Depositarium R. P. Paulinus Marcos García.

120 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

**Provisio Domus Residentiae Fr. Luis de León (Madrid)**

Electi fuerunt:

In Priorem R. P. Isidorus Martín Vara.

In Subpriorem et Procuratorem R. P. Lr. Andreas Castillo Bravo.

In Consiliarios R. P. Lr. Caesar Vaca Cangas et R. P. Casimirus Rodríguez Fernández.

In Depositarium R. P. Casimirus Rodríguez Fernández.

**Provisio Viceprovinciae Brasiliensis**

Electi fuerunt:

In Commissarium R. P. Laurentius Macho Liébana.

In Consiliarium Primum R. P. Heraclius Campos Pinto.

In Consiliarium Secundum R. P. Barnabas Girón Gamón.

In Consiliarium Tertium R. P. Michael Revilla Valbuena.

In Oeconomum Viceprovinciae R. P. Michael Revilla Valbuena.

In Priorem Domus Sancti Augustini de Sao Paulo R. P. Felicianus Vaz Carrillo.

In Priorem Domus de Nova Granada R. P. Attilanus Alvarez Alvarez.

In Priorem Domus de Schmidt R. P. Marianus de la Mata Aparicio.

In Priorem Domus de Brotas postulatus fuit R. P. Theodorus Estalayo Pérez.

**Provisio Viceprovinciae Argentinensis**

Electi fuerunt:

In Commissarium et Parochum R. P. Remigius Paramio Casado.

In Consiliarium Primum R. P. Lr. Augustinus García Fernández.

In Consiliarium Secundum R. P. Bonifacius Mata Vaqueiro.

DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA 121

In Consiliarum Tertium R. P. Emmanuel González  
Provödo.

In Oeconomum Viceprovinciae R. P. Julius Llamas  
Furones.

In Priorem Domus de Buenos Aires R. P. Ir. Augustinus  
García Fernández.

In Priorem Domus de Chivilcoy R. P. Ludovicus Gon-  
zález Martín.

In Priorem Domus de Rosario R. P. Eutichius Alcalde  
Alcalde.

In Priorem Domus de Mendoza R. P. Gregorius del  
Valle Pérez.

In Priorem Domus de Montevideo reelectus fuit R. P.  
Ambrosius Alonso Rodríguez.

Electionis aliorum officialium

Electi fuerunt:

In Oeconomum Provinciae R. P. Ir. et Exprovincialis  
Ildephonsus Ramos Bartolomé.

In Magistrum Novitiorum R. P. Theodulus Asensio  
Roales.

In Magistrum Professorum R. P. Ir. Augustinus Liéba-  
na Blanco.

In Socium Magistri Professorum R. P. Marianus Mar-  
tin Ortega.

In Examinatores Ordinandorum et Confessariorum  
RR. PP. Fr. Sanctes Santamarta del Río, Fr. Leonardus  
González González et Fr. Marianus Martín Ortega.

In Examinatores pro Examini Quinquenali RR. PP. Fr.  
Leonardus González González, Fr. Salustianus Miguélez  
Romero et Fr. Josephus Ruiz Vallejo.

In Censores Librorum RR. PP. Isidorus Martín Vara,  
Caesar Vaca Cangas et Sanctes Merino Salceda.

In Examinatores Documentorum pro Novitiis recipien-  
dis RR. PP. Fr. Domitianus Bardón Cebrián, Fr. Theodo-  
lus Asensio Roales et Fr. Michael García Suazo.

122 DOCUMENTOS DE LA ORDEN DE SAN AGUSTIN EN ESPAÑA

In Definitorem proximi Capituli Generalis R. P. Salustianus Miguélez Romero.

Ultimo designatum fuit Collegium Beatae Mariae Virginis a Bono Consilio de Madrid pro futuro Capitulo Provinciali celebrando.

Priores electi ante confirmationem in Officio professionem fidei et juramentum contra Modernismum emiserunt.

Haec sunt, Rvme. Pater, Capituli Nostri electiones et acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes P. V. Rvmae. submissæ provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur. Deus Opt. Max. P. V. Rvmam. Eremitico Ordini diu servet incolumem.

Datum Matriti die 26 mensis iulii anni 1957.

Fr. Raphael Pérez, Ass. Gen.

Capituli Praeses

Fr. Félix García  
Provincialis Electus

Fr. Ildephonsus Ramos  
Provincialis Emeritus

Fr. Vitus Fernández  
Primus Definitor

Fr. Cassianus García  
Secundus Definitor

Fr. Caesar Vaca  
Tertius Definitor

Fr. Augustinus Fernández  
Quartus Definitor

**CURIA GENERALIZIA AGOSTINIANA Roma (640)**  
Via S. Ufficio, 25

NOS P. FR. IGNATIUS ARAMBURU CENDOYA,  
Ordinis Erem. S. Augustini Commissarius Ge-  
neralis.

ADM. R. P. FR. FELICI GARCIA, Priori Provinciali  
SS. Nominis Jesu in Hispania.  
Salutem in Domino

Acta Capituli Provincialis Provinciae SS. Nominis  
Jesu in Hispania in Collegio Matritensi M. B. Consil-  
ii celebrati, tenore praesentium. Nostrique muneric  
auctoritate atque de consensu Revmae. Curiae, ap-  
probamus et confirmamus, concessa dispensatione  
super n. 891 Constitut. pro P. Joseph L. Marbán San-  
tamarta, nec non dispensatione Apostolica pro Pri-  
ore de Brotas in Brasilia ad tertium triennium.

Datum Romae, ad S. Monicæ, die 13 septem-  
bris 1957.

**Fr. Ignatius Aramburu  
Commissarius Generalis**

Reg. 282  
L † S

**Fr. Raphael Bracco  
Ordinis Secretarius**

Concordat cum originali in archivo Provinciae asser-  
vato.

In fidem, ect.

Datum Matriti, die 7 octobris 1957.

**Fr. Salustianus Miguélez  
Secretarius Provinciae**



## **CENTENARIO DE LA FUNDACIÓN DEL REAL COLEGIO DE AGUSTINOS FILIPINOS DE VALLADOLID**

Para conmemorar el Centenario de la fundación de nuestro Real-Colegio de Valladolid se publicarán en «Archivo Agustiniano» una serie de temas de carácter histórico relacionados con el Colegio.

Estos temas son los siguientes:

- 1.—Finalidad y misión del Colegio Seminario de Valladolid y antecedentes históricos de su fundación.
- 2.—La formación religiosa y apostólica del misionero agustino en este Seminario misional.
- 3.—El «Ratio Studiorum» en los dos siglos de su historia.
- 4.—Labor misional desarrollada por el Colegio de Filipinos de Valladolid.
- 5.—Actividad docente de los Agustinos del Colegio de Valladolid en España, América y Filipinas.
- 6.—Contribución del Colegio a la restauración de la Orden en España y en América.
- 7.—Galería de Obispos y Prelados hijos de este Colegio.
- 8.—Otros Hijos ilustres de este Colegio: a) Misioneros; b) en las ciencias eclesiásticas; c) en las ciencias.
- 9.—Riqueza artística, bibliográfica y Museo.
- 10.—Miscelánea del Centenario.

Los que se dispongan a redactar algunos de estos trabajos o temas parecidos deberán ponerse en contacto con el Director de «Archivo Agustino» lo más pronto posible.